

uero & in septentrione uisæ nobis caucor: qui maiores minoresq; appellant. Vasto ibi meatu ppetuis bis die: nocti:q; singula: interuallis effusus in imensum agitur oceanus æternâ operiēs re: naturæ controuersia: dubiūq; terra: sit: an pars mans. Illic misera gens tumulos obtinet altos aut tribunalia stru- cta manibus ad experimenta altissimi ætus: calis ita ipositis: nauigantibus similes: cū integant aquæ cir- cundatæ naufragis: Cū uero recesserint: fugientes cū mari pisces circa tuguria uenantur. Non pecudes hos habere nō lacte ali: ut finitimos. Nec cū feris quidē dimicare contingit omni procul ab acto fructi- ce. Vlua & palustri iunco funes neunt ad prætexenda piscibus retia. Caprūq; manibus lutū uentis ma- gis q̄ sole siccantes. terra cibos & rigentia septentrione uiscera sua urūt. Potus nō nisi ex hymbre serua- to scrobibus in uestibulo domus. Et hæ gentes certe si uincant hodie a populo Ro. seruire se dicūt. Ita est profecto: multis fortuna parcit in pœnā. Aliud e siluis miraculū totā reliquā germaniā replent: ad- duntq; frigori umbras: altissime tamē. Haud procul supradiētis caucis circa duos præcipue lacus. Litto- ra ipsa obtinent quercus maxima auiditate nascendi suffossæq; fluctibus aut propulsæ flantibus uastas cōplexu radicū insulas secum auferunt. atq; ita libratae stantes nauigant ingentium ramoꝝ armentis. Sæpe territis classibus nostris: cum uelut de industria fluctibus agerentur: ut in prospectu stātes noctu: inopesq; remedii illæ prælium nauale aduersus arbores inirent.

Vel cl-  
boꝝ  
Sed: uel si  
bi os

De hyrciniæ siluæ magnitudine.

Cap. iiii.

**I**n eadem septentrionali plaga hyrciniæ siluæ roboꝝ uastitas intacta & congenita mundo p- pe immortali sorte miracula excedit. Ut alia omittant fide caritura. Constat attolli colles oc- cursantiū inter se radicū repercussu. Aut ubi secuta tellus non sit: arcus ad ramos usq; & ip- sos inter se rixantes curuari portarum patentium modo in turmas equitum transmittant.

De glandiferis.

Cap. iiii.

**G**landiferi maxime generis omnes: quibus honos apud Romanos perpetuus.

De ciuica corona: & qui frondea corona donati.

Cap. v.

**I**n ciuicæ coronæ militum uirtutis insigne clarissimū. Iam pridem uero & clæmentia im- peratoꝝ postq̄ ciuiliū belloꝝ profanatione meritū cœpit uideri ciuē nō occidere. Cedūt iis mulares uallaresq; & aureæ: q̄q; precio antecedētes. Cedunt & rostrata: quibus in duobus ma- xime ad hoc æui celebres. M. Varrone piraticis bellis dante magno Pompeio. Itemq; M.

**A**grippa tribuētē Cæsare e siculis: q̄ & ipsa piratica fuere. antea rostra nauiū tribunali p̄fixa foro decus erant: ueluti po. Ro. ipsa corona imposita. Postq̄ uero tribunitiis seditionibus calcari ac pollui cœpere: postq̄ uires ex publico in priuatū magis singulisq; ciuū quæri: & sacrosancta omnia profana fecere: tū edibus eorū subiere in capita ciuū rostra dedit hanc angustus coronā agrippæ. Sed ciuicā a genere hu- mano accepit ipse. antiquitus quidē nulla nisi deo dabatur. Ob id Homerus cælo tantū eas & prælio uniuerso tribuit. Viriū uero ne in certamine quidē ulli. Ferūtq; primū oīum liberū patrem impo- sisse se capiti suo ex hedera. Postea deoꝝ honori sacrificātes sumpserunt uictimis simul coronatis. Nouissime & in sacris certaminibus usurpata: in quibus hodieq; non uictori dant: sed patriā ab eo coronari pro- nunciatur. Inde natū: ut etiā triumphaturis conferrentur in templis dicandæ. Mox ut & ludis darent. Longū est: nec ex institutione operis differere quis q̄ Romanorū primus acceperit. Neq; enim alias no- uerant q̄ bellicas. Quod certū est uni gentiū huic plura sunt genera q̄ cunctis. Romulus frondea coro- nauit Hostum Hostilium q̄ fidenam primus irrupisset. alius hic Tulli Hostilii regis fuit. P. Decium pa- trem tribunum militum frondea donauit exercitus ab eo seruatus: imperatore Cornelio Cossio consu- le sannitium bello. Ciuica ilignea primo fuit: postea magis placuit ex esculo Ioni sacra. Variatūq; & hoc cum quercu est: ac data ubiq; q̄ fuerat: custodito tamen honore glandis. additæ leges arctæ: & ideo superbæ: quasq; conferre libeat cum illa græcorū summa: quæ sub ipso ioue datur. Quiq; patriæ muros primus scandens audentem irrumpere occidit. Quiq; ciuem maluit seruare quā hostem occidere. Utq; eum locū in quo sit actum obtineret hostis eo die. Utq; seruatus fateatur: alias testes nil profunt. Ut ci- uis fuerit. auxiliis q̄ rege seruato decus id non dant. Nec crescit honos idem imperatore cōseruato: qm̄ conditores in quocunq; ciuem summū esse uoluerunt. accepta licet uti perpetuo ludis. Induenti semp̄ assurgit etiā ab senatu in more est. Sedendis ius in proximo senatui. Vacatio munerum omnium ipsi: patriq; & auo paterno. xiiii. eas accepit Sicinius Dentatus ut rettulimus suo loco. Sex. Capitolinus. Is quidem & de duce Seruilio. africanus de patre accipere noluit apud trebiam. Omnes æternos: qui tā ta opera honore solo donauerūt. Et cū reliquas coronas auro cōmendarent: salutem ciuis iis in precio esse noluerunt: clara professione: seruati quidem hominem nefas esse luci causas.

De glande genera tredecim.

Cap. vi.

**G**landes opes eē nunc quoq; multarū gentiū etiā pace gaudentiū cōstat. Nec non & i copia frugū arefactis molit farina: spissaturq; in panis usum. Quin & hodieq; p hispanias secūdis mensis glans inserit. Dulcior eadē i cinere tosta. Cantū est p̄terea lege. xii. tabularū ut glan- dem i alienū fundū p̄cidentē liceret colligere. Genera earū multa. Distāt fructu: situ: textu: sa-